

D. August. Ligate illi manus, & pedes, & proiците in tenebras.
Euthymius. Tollite eum, & mittite in tenebras extremas.
Arias. Ibi erit fletus, & fremitus dentium.
Syriacus. Multi siquidem sunt vocati.
 num. 14.

EXPOSITIO



IXIT Rex ministris. Non seruis, per quos vocauerat ad conuiuium, sed ministris, vt notat Carthusianus, qui ministrabant discumbentibus. Hi Dei ministri sunt Angeli Matth. 13. num. 39. Daniel. 7. num. 10. *Milia millium ministrabant ei.* Cum prandium componit, ait Rex. *Ecce prandium meum parauit.* Supplicium autem exercendum committit ministris. *Dixit ministris.* Vt se valde prouiderent ad beneficiendum, quam ad vlciscendum declararet: *ligatis manibus, & pedibus.* Hoc emblemate denotatur inuitabilem esse damnatorum poenam, cui nullus potest resistere. Nam res ligantur manus, ne se defendat, pedes vero ne effugere valeat. *Mittite*, eicite foras a nuptiis, a se separati mandat, in quo poena damni denotatur. *In tenebras exteriores;* hoc est in extremas tenebras infernorum, quae corpora circumstant, vt latius explicauit tom. 3. c. 11. q. 24. & dicitur in tenebras. Qui enim tenebris utebatur ad suas delicias, tenebris cruciatur. **D. August.** ferm. 1. de pluribus martyribus. *O quisquis es flagitiosus qui soles propter tua malefacta, & propter lasciuia adulteria, non solum tenebras non abhorre, sed querere: non tales tenebras habebis ubi gaudeas, non sic erunt ipse tenebrae. Quomodo erunt? ibi erit fletus, & stridor dentium. Toror sine defectu: tortus sine defectu, & non solum dicuntur tenebrae, sed etiam exteriores. In tenebras exteriores.* Galfridus in lib. 4. Reg. cap. 5. *In tenebris siquidem positus, iam non intus, sed foris erit: alienus siquidem a luce veritatis, sed ab ea palam, & publice redargutus.* Non in secreto, sed palam, ac publice erit redargutus, in omniumque oculis positus ad sui maiorem confusionem, ac ignominiam. Et merito sanè, qui in omnium oculis delinquit, non habent vestem nuptialem, merito in omnium aspectu plectitur, & punitur. *Ibi erit fletus, & stridor dentium.* Quod late explicauit tom. 3. c. 11. q. 24. & 25.

86.

Carthuf.

Matth. 13. Daniel. 7.

Deus prouidet ad beneficia, quam ad supplicia.

August. Qui nocturnis tenebris gaudet, tenebris punitur.

Galfridus.

Acerbitas supplicij in omnium oculis punitur.

87.

Sic Deus dolere vnus perditione ac si esset omnium. August.

QUESTIO XIV.

Quare hominis pannosi mandat Rex ligare manus, & pedes?

MANDAT Rex hominis ligare manus, & pedes, cur non potius illius brachia, vel crura, seu cinctorium, sed manus, & pedes? cuius rei iam dedi rationem litteralem in expositione, quo denotatur inuitabilis damnatorum poena, cui nullus valet resistere, nec ab ea effugere.

Secundò. Respondet **D. Cyrillus Hierosolymitan.** in praefat. ad Catech. *Iubet ministris, ait, ligate pedes illius confidenter intrantis: ligate & manus ipsius, quae splendido illum nescierunt ornare vestitus, & proiците illum in tenebras exteriores, indignus enim est, qui sponsales lampades ferat.* Summa ratio equitatis in his apparet, praeter omnibus membris mandat, vt vinciantur illius manus, & pedes; pedes duris compedibus premantur, nam audacter ad conuiuium, ac ad sanctitatis locum introierunt, & ad indebitos honores enolarunt, manus vero, in qto deliquerunt? in eo maxime, quod otio indulgentes, veterem vestem non abiecerunt, ac nouam, vt decebat, corpori aptarunt; ligantur pedes, quia ad culpam veloces, vincuntur manus, quia naufragarunt ignauia, imò prius manus, quam pedes. *Ligatis manibus, & pedibus.* Iners virtutum otium detestabilis super omne aliud crimen, & malum, quod etiam docet **Origenes** homil. 20. in Matth. *Reiectus est a nuptiis, ait, qui iniuriam nuptiis fecit: & adhuc a ministris Regis, super vincula constitutus, ligatis pedibus, id est in cessione, qua non est usus ad bonum; & manibus, id est, apprehensoria virtute, qua nullum bonum opus impleuit; condemnatus est.* Vt ipse qui habuit manus otiosas nullum opus virtutis apprehendentes.

Tertiò. *Ligatis pedes illius confidenter intrantis.* Ait cit. **D. Cyrillus:** in eo grauius offendit homo, quòd cum non haberet splendidam stolam iustitiae, ac manus virtutum plenas, habuerit confidentiam, ac fiduciam, vt intraret domum conuiuij. Nimia confidentia damnationis causa; vnde iusti non fiducia, sed timore, coram Deo iudice multum humiliantur: ait **Isaias** 6. n. 2. *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum, & elevatum.* Quid inde? *Seraphim stabant super illud, sex ala vni, sex ala alteri, & duabus velabant faciem.* Ipsimet Seraphim iuxta multorum sententiam facies suas abscondunt, & velant? Multi timore pleni nullam confidentiam habebant, vt coram Deo assisterent, eumque apertis oculis intrarentur. **D. Chrysostomus** ibidem. *Seraphim, ait, stabant in circuitu. Quid faciebant, quid dicebant, qua fiducia fruebantur? fiducia quidem nulla, verum timoris, ac stuporis plena, ipsa etiam specie mentium ineffabilem declarantia. Duabus enim alis velabant faciem.*

Quartò. Iubet Rex vt ligatis manibus, & pedibus emittatur foras in tenebras exteriores, prius mandat ligare, deinde eicete foras; vt dum ligaretur, errorem suum fateretur, & humiliter veniam postularet, & misericordiam impetraret. Loquitur Deus cum Moyse de ingressu populi in terram Chanaan, & quomodo inimici sunt

88.

89.

Otiositas peruersior omni alio crimine.

Origenes.

90.

Cytil.

Confidentia damnationis causa. Isaias 6.

Chrysol.

91.

Dat Deus locum ad poenitentiam, ad ad veniam postulandam.

QUESTIO XVI.

Quare statim, ac sine ulla dilatione Rex mandat hominem sordidum ligare, ac mittere in tenebras exteriores?

MALDE rigide, ac seuerè mandat rapì, ac mitti, in tenebras exteriores, ubi est fletus, &c. Valde mirum, quòd nullus in tanta multitudo inuenitur, qui pro ipso ad regem intercedat, eiusque causam tueatur, ac defendat. Vt ex his discamus, quòd in extremo, ac tremendo iudicio nullus erit, qui peccatorum partes tueatur, nullus patrocinabitur, sed absque pietate iniquus mittetur in ignem aeternum.

Primò. Tota huius hominis culpa, quòd ingressus fuisset sine veste nuptiali, ideo Rex mandat ministris, *Ligatis manibus, & pedibus, &c.* Aliter tamen factum est apud **Zachar.** 3. num. 3. *Et Iesus;* nempe **Iosedech filius,** erat indutus vestibus sordidis, & stabat ante faciem Angeli. *Qui respondit, & ait ad eos, qui stabant coram se dicens: Auferite vestimenta sordida ab eo;* & dixit ad eum: *Ecce abstuli à te iniquitates tuas, & indui te mutatoris.* Ecce in vtraque historia à **D. Matthæo,** & **Zacharia** descripta apparet quis sordidis vestibus. Illum rex acerrimè percutit, hunc Angelus verò ad meliorem frugem trahit, sordida auferit, & candida resumit facit; Cur Rex, & Angelus tam diuersimodè se habent? Ad quaestionem sic respondet **Theodoretus** apud **Zachariam:** *Angelus, ait, populi tutor, alijs astans Angelus praecipit, vt ex illis vestibus eum exuerent.* Rex vt supremus Dominus ius dicebat, quapropter in reum iratus, eum tortoribus tradit. Angelus verò vt populi tutor, sordidum non aspernit, sed omnibus modis eius salutem negotiatur, eumque ad candorem vitae trahit, vt aeternam mortem euadat. Secundò, apud **Zachariam** stabat sordidus in domo, vel ciuitate; apud verò **Matthæum** erat in mensa facram Eucharistiam adumbrante; & Deus sapè dissimulat peccata hominum per aliquod tempus, ne citò puniantur, & cum quis indignus ad sacram mentam accedit, sine vlla mora omnis castigatio in eum conuolat. Tertiò, vel quia apud **Zachariam** stabat vmbra nominis **Iesus:** *Et Iesus erat indutus, à qua homo patrocinabatur, vt omniis poena ab eo euitaretur.*

Secundò. **D. Ambròsius** ferm. 3. de Natiuitate: *Propterea, ait, ergo sublatis manibus, & pedibus in tenebras exteriores expellitur, non solum, quia peccator esset; sanctitatis sibi meritum vindicabat.* Cur tam citò mandat Dominus hunc conicere in tenebras? Cur saltem non sinit finiri nuptias? Sed cur inter tam festiua fercula miserum carnificibus tradit; etsi Deus diu sustineat peccatores alios, simulatores verò vix patitur? Hic peccator erat, & cum talis existeret simulatè, se voluit intromittere in locum Sanctorum, & ad sedem minime sibi decerent euolare, inde tam citò sibi damnationem sollicitauit.

Tertiò. **S. Maximus** homilia in vigilia Natiuit. *Qui peruerat, ait, minus displicuisse, forsitan, si in consortium iustorum, minime se dedisset.* Sedebant alij in conuiuium nitentes iustitia, fide, castitate; hic verò solus miser conscientiae foeditate, ac deformi animae horrore sedebat, & quanto plus alij

94. In die iudicij nullus erit, qui pro peccatoribus intercedat.

95.

Zachar. 3.

Theodor. Multum praedest nobis Angelus cuius, & iustus.

A nominis Iesus salua.

96. Ambròs.

Simulatè occupare locum improprietatum damnationis causa.

97. Maximus. Damnauit, quia peccator cum esset, inter iustos voluit discumbere.

Exod. 23.

sunt expellendi à facie Israël, ait ei: *Mittam terrorem meum in praecursum tuum, & occidam omnem populum, ad quem ingredieris, & paulatim expellam eum,* Exod. 23. num. 27. & 29. Vno istu oculorum Deus potest omnes aduersarios sui populi, imò & vniuersum mundum destruere, quid est, quod ait paulatim **Chananeos** esse delendos, de illisque paulatim victoriam reportandam? Ex hoc modo loquendi forsitan quis imperitus, cum hæc audit de suprema Dei potestate sinistre dubitare poterit? Ad quid tendit hic sermo? O suprema Dei pietas? Non illico à sedibus suis eos expellit, vt poterat, sed permittit paulatim demorari, vt suorum seruum conuersatione, eorumque moribus visis **Chananaei** ad poenitentiam prouocentur, vt misericordiam impetrari valeant. **Rabbanus:** *Alia causa, ait, designatur, ob quam Gentes, quarum terram Israëlitis populo se daturum promisit, sumit eicere noluit vtrique vt experiretur, & erudiret in eis Israël, vt essent qui peccantes arguerent, & ad timendum Deum improbos compellerent.* Vide supra cap. 21. n. 75. & 76.

Rabban.

QUESTIO XV.

Vnde in domo regali, ac nuptiali fuerunt fures, vt hic miser alligaretur?

OMNIS tota erat composita, ac ornata ad festiua nuptias, vnde ergo ibi fuerunt in promptu vincula, quibus miser iste homo ligaretur? Respondet **D. Augustinus** in Psal. 130. *Meminitis, ait, dictum de quodam peccatore in Euangelio: ligate illi manus, & pedes, & proiците illum in tenebras exteriores? Non ergo esset, vnde illi ligarentur manus, & pedes, nisi ipse fecisset rethem.* Non aliunde asportati sunt laquei, quibus iste ligaretur, nisi à suis propriis peccatis; ac proinde quot peccata habebat, tot retia, ac vincula deferebat, quibus prenderetur. Vnde ait **Victor Vtricensis**, lib. 3. de persecutione **Vandalica:** *Perdidisti, ait, militia chlamydem, talis interesse non poteris epulis meis: ligate eum pedibus, & manibus funiculis suis, quia se voluntarie separari voluit. A mea scilicet militia iustorum.*

92.

August.

Peccata vincula peccatorum, quibus ligatur.

Victor Vtricensis.

93.

Iob 18.

Peccator suis peccatis prenditur.

D. Thom.

De impio ait **Iob** 18. num. 7. *Arctabuntur gressus virtutis eius, & praecipitabit eam consilium suum.* *Immisit enim in rete pedes suos, & in maculis eius tenebitur planta eius, in suis nempe peccatis; ipsa enim peccata sunt retia, ac laquei, quibus miserimus peccator implicatur, ac tenetur, vt supplicium non effugiat, sed in omnem poenam, ac tormentum trahatur.* **D. Thomas** ibi: *Horum impedimentum, ait, causam ex ipso eius peccato dicit prodire, cum subdit: immisit in rete pedes suos.*

Sicut enim ille, qui sponte ponit pedem, in rete, se preparat captum, ita ille, qui se sponte ingerit ad peccandum.

* *

discumbentes splendebant, tanto magis istius peccatorum apparebat improbitas, hæc ergo hominis temeritas maximè eius ruinam sollicitavit, dum sordidus cum esset inter splendentes conuiuas, ausus est discumbere.

98. Chrylost.

Quartò. D. Chryostomus homil. 9. in Ioan. Hoc pacto, ait, & nuptias, & conuiuias honorat, cum temerarios, & impudentes expellit; aliter reliquos inuitatos offenderet. Cur Rex funesta hominis nece tam celebrem nuptiarum diem fœdauit? Ut ira confuleret nuptiarum, ac omnium conuiuiarum honori, ex sordido viniu hominis vestitu nuptiarum gloria, ac auctoritas conuiuiarum maximè deprimebatur, ac deturpabatur.

99. Cyrill.

Quintò. D. Cyrillus Ierosolymitan. in proœmio ad Catech. Oportebat ipsum, ait, cum videret omnes splendide vestitos, eiusmodi quoque capere amictum, verum ille cibum quidem una cum alijs sumebat æqualem, inæqualem autem, & ornatum, & propositum habebat. Expende vltima verba: Cibum cum alijs sumebat æqualem, inæqualem autem, & ornatum, & propositum habebat. Cur in tanto gaudio ad pœnam fertur homo? Non mirum, nam ipse cum sordidus esset, omnium tamen bonorum volebat esse particeps, quibus nitidi, ac fulgentissimi fruebantur, & quid magis lethale, ac mortiferum, quam ad iustorum commoda velle euolare, cum ab eorum meritis quis longè distat?

100. 3. Reg. 2.

Moriens David mandauit Salomoni, vt Semei interficeretur: Habes quoque, ait, apud te Semei, qui maledixit mihi maledictione pessima. Tu noli pati eum esse innocuum, &c. 3. Reg. 2. num. 8. Cur Semei mandatur occidi, nam ipse postulauit veniam à Dauide, 2. Reg. 19. n. 20. Ipsèque David fateretur? Iurauit ei per Dominum, dicens: Non interficiam gladio, citato loco 3. Reg. 2. n. 8. Nannquam David intamentum, ac fidem datam violat? Semei debebat inter fidelissimos clientes, ac aulicos David, omniùmque bonorum illorum particeps existebat, cum tamen ab amore, ac fidelitate seruorum Dauidis longè distaret; quamnis enim Semei in aula Regis adesset, minimè mente mutatus erat, sed suo antiquo odio fruebatur in Dauidem, merito ergo qui in bonis fidelium commoratur, ipse tamen animo infidus est ad exitimas pœnas damnatur. Rupertus lib. 4. de gloria Filij hominis: Non iniuste, ait, ita hoc factu inuenitur David, quia non vero corde reconciliatorem quesuit Semei, non pro desiderio iustitiæ pœnituit, sed seruili metu pœna concidit, quia Rex, quem oderat in corde suo, iterum saluatus in regno sedit, mutauit vocem, non mutauit mentem. David promittit vitam, si vir bonus, & fidus esset, ac cum esset animo infidelis, indignus extitit, vt vita, ac fidelium bonis fruere. Mutauit vocem, non mutauit mentem. Vide supra cap. 39. n. 47. & 48.

2. Reg. 19.

Moriens David mandauit Salomoni, vt Semei interficeretur: Habes quoque, ait, apud te Semei, qui maledixit mihi maledictione pessima. Tu noli pati eum esse innocuum, &c. 3. Reg. 2. num. 8. Cur Semei mandatur occidi, nam ipse postulauit veniam à Dauide, 2. Reg. 19. n. 20. Ipsèque David fateretur? Iurauit ei per Dominum, dicens: Non interficiam gladio, citato loco 3. Reg. 2. n. 8. Nannquam David intamentum, ac fidem datam violat? Semei debebat inter fidelissimos clientes, ac aulicos David, omniùmque bonorum illorum particeps existebat, cum tamen ab amore, ac fidelitate seruorum Dauidis longè distaret; quamnis enim Semei in aula Regis adesset, minimè mente mutatus erat, sed suo antiquo odio fruebatur in Dauidem, merito ergo qui in bonis fidelium commoratur, ipse tamen animo infidus est ad exitimas pœnas damnatur. Rupertus lib. 4. de gloria Filij hominis: Non iniuste, ait, ita hoc factu inuenitur David, quia non vero corde reconciliatorem quesuit Semei, non pro desiderio iustitiæ pœnituit, sed seruili metu pœna concidit, quia Rex, quem oderat in corde suo, iterum saluatus in regno sedit, mutauit vocem, non mutauit mentem. David promittit vitam, si vir bonus, & fidus esset, ac cum esset animo infidelis, indignus extitit, vt vita, ac fidelium bonis fruere. Mutauit vocem, non mutauit mentem. Vide supra cap. 39. n. 47. & 48.

Rupertus.

Moriens David mandauit Salomoni, vt Semei interficeretur: Habes quoque, ait, apud te Semei, qui maledixit mihi maledictione pessima. Tu noli pati eum esse innocuum, &c. 3. Reg. 2. num. 8. Cur Semei mandatur occidi, nam ipse postulauit veniam à Dauide, 2. Reg. 19. n. 20. Ipsèque David fateretur? Iurauit ei per Dominum, dicens: Non interficiam gladio, citato loco 3. Reg. 2. n. 8. Nannquam David intamentum, ac fidem datam violat? Semei debebat inter fidelissimos clientes, ac aulicos David, omniùmque bonorum illorum particeps existebat, cum tamen ab amore, ac fidelitate seruorum Dauidis longè distaret; quamnis enim Semei in aula Regis adesset, minimè mente mutatus erat, sed suo antiquo odio fruebatur in Dauidem, merito ergo qui in bonis fidelium commoratur, ipse tamen animo infidus est ad exitimas pœnas damnatur. Rupertus lib. 4. de gloria Filij hominis: Non iniuste, ait, ita hoc factu inuenitur David, quia non vero corde reconciliatorem quesuit Semei, non pro desiderio iustitiæ pœnituit, sed seruili metu pœna concidit, quia Rex, quem oderat in corde suo, iterum saluatus in regno sedit, mutauit vocem, non mutauit mentem. David promittit vitam, si vir bonus, & fidus esset, ac cum esset animo infidelis, indignus extitit, vt vita, ac fidelium bonis fruere. Mutauit vocem, non mutauit mentem. Vide supra cap. 39. n. 47. & 48.



CAP. XLV.

Tributum Cæsaris.

Matth. 22. Tunc abeuntes Pharisei, num. 15. concilium inierunt, vt caperent eum in sermone.

Num. 16.

Et mittunt ei discipulos suos cum Herodianis dicentes: Magister scimus, quia verax es, & viam Dei in veritate doces, & non est tibi cura de aliquo, non enim respicis personam hominum.

VERSIONES.

Vatabl. n. 15. Tunc profecti Pharisei concilium cœperunt, quo pacto illaquearent eum in sermone.

Syriacus.

Quomodo aucuparentur eum in sermone.

S. Hilarius.

Vt caperent eum in verbo.

Syriac. n. 16.

Mittuntque ad eum discipulos suos cum domesticis Herodis, & dicunt ei: Doctor, nouimus te esse veracem, viamque Dei in veritate docere, ac nullius sustinere curam, nec enim es acceptor facierum hominum.

Græcus.

Cum his, qui erant de domo Herodis.

S. Hieron.

Quòd ad te non pertinet de hominibus.

Vatablus.

Scimus te veracem esse, & viam Dei cum veritate docere, neque curare quemquam.

ALTER TEXTVS.

Marc. 12. n. 13. Et mittunt ad eum quosdam ex Phariseis, & Herodianis, vt eum caperent in verbo.

Num. 14.

Qui venientes dicunt ei: Magister scimus, quia verax es, & non curas quemquam: nec enim vides in faciem hominum, sed in veritate viam Dei doces.

Luc. 20. n. 20.

Et obseruantes miserunt insidiatores, qui se iustos simularent, vt caperent eum in sermone, vt traderent illum principatui, & potestati præsidis.

Num. 21.

Et interrogauerunt eum dicentes: Magister scimus, quia recta dicis, & doces: & non accipis personam,

personam, sed viam Dei in veritate doces.

EXPOSITIO I.

I. Cathuf. Hugo. Burgent.

V. N. C. Eodem illo die Martis post Dominicam Palmarum, vt notant Cathufianus, Hugo, Lucas Burgentis, & alij. Tunc. Auditis nempe parabolis de vinea, ac nuptiis filij regis. Abeuntes Pharisei. Digressi nempe à loco sermonis Domini, ac proinde seorsum ad locum secretum ad ineundum consilium recesserunt, vt notat Abulensis quæst. 71. Semper iniquitas fugit publicum, & quærit secretum. Pharisei: has Domini parabolis simul audierunt Pharisei, Principes Sacerdotum, & seniores populi: vt patet supra Matth. 21. num. 23. & 45. & tamen Pharisei solum hic exprimuntur, quia sub Phariseis illi alij intelliguntur, vt innuunt D. Marcus, & Lucas, vel etiam, vt ait Abulensis quæst. 73. Pharisei fuerunt præcipui, ac magis solliciti in hoc consilio tanquam maiorem religionis, ac populi zelum ostendentes. Expediit vobis, vt vnus homo moriatur. Sæpe ab his qui multum zelum simulant, totius reipublicæ excidium paratur: Consilium inierunt; & frustra cum nullum consilium sit contra Dominum.

Abulens. Iniquitas fugit publicum Matth. 21.

Zelatores, sæpe reipublicam destruant.

2. Græcus. August.

Vt caperent eum in sermone. Græcus habet, vt illaquearent eum, suomet sermone, tanquam aues illaqueantur in reti. Nam vt ait D. Augustinus lib. 1. contra Crescon. cap. 17. Bicipiti complexione insidiantes, vt quodlibet eligens caperetur. Si licere responderet, tanquam reus esset aduersus populum Dei; si autem diceret, non licere, tanquam Cæsaris aduersarius perimeretur. Iudæi cum se liberos esse dicerent vt pote filios Satæ ægrè ferebant, quòd tributa soluerent, & ideo si Christus concederet, volebant eum arguere, vt populi aduersarium, si verò negaret, eum intendebant accusare vt reum læsæ maiestatis, ac Cæsaris præsidis vt morte multandum traderet, quod significat D. Lucas, vt traderent illum principatui, & potestati præsidis.

D. Luc.

3. Chryst.

Et mittunt discipulos suos, vt ait D. Chrystomus in Imperfecto homil. 42. Quale consilium, tales, & consultores, ab iniquis prodir iniquum, & turpe consilium. Mittunt discipulos suos; quia vt ex citato Chrystomus, inquit Hugo. Ætate suis magistris minores, malitia, ac nequitia æquales; nam & pulli serpentium statura breuioribus, veneno autem æquales sunt. Mittunt discipulos suos. Non iuerunt Pharisei, vt notant D. Paschaf. lib. 9. Cathuf. & alij, quia ipsi cogniti erant à Christo. Discipuli autem putabantur ignoti ab illo, vt tunc Christus nihil mali suspicans liberius loqueretur. Cum Herodianis. Syrus: Cum ijs, qui de domo Herodis erant; eiusque domestici, ac familiares erant, qui etiam vt est probabilius exactores tributorum extabant.

Syrus.

4.

Magister. Adulatoris verbis blandire volunt, vt laude inefcatus eis mentem, animùmque suum aperiat, ipsi laudibus inflatus audax reddatur ad contemnendas communes leges; à quatuor, vt inquit Albertus Magnus, ab auctoritate magistris: à veritate sermonis: à veritate doctrinæ: à veritate iudicij sine acceptione personarum. Magister: Magistrum vocant; cuius nolunt esse discipuli, quem magisterio, fama, ac vita priuare conantur. Scimus quia verax es, larga experientia agnoscimus te esse veritatis Doctorem, & Magi-

Alb. Mago.

strum. Et viam Dei in veritate doces; docēsque, vt inquit Euthymius, viam, ac modum quo ad Deum, eiusque gratiam, ac gloriam pergitur. Seductorem vocabant, vt inquit D. Chrystomus homil. 71. Quomodo igitur, ait, seductor est, & seducit turbam? adulatione nunc putant, ita eum inflare, & audacem reddere, vt contra institutas leges quidpiam dicat. Ex opinione eius ab omnibus concepta, ne eam deperdat, ipsum volunt pignorare, vt aliquid contra leges dicat, vt eum arguere valeant, non est tibi cura de aliquo. Non prætermittis, vt explicat D. Thomas, Cathufianus timore alicuius, quod debes dicere, vel facere. Non enim respicis personam hominum. Syriacus, faciem hominis, an sit regis, vel diuitis. Contra Deum; ille enim respicit faciem hominis contra Deum, qui ratione hominis dimittit dicere veritatem, quam debet dicere, vt explicat D. Paschafius.

Euthym.

Chryst.

Sua imminenti opinione pignorare volunt.

D Thom. Cathuf. Syriacus.

Paschaf.

QVÆSTIO I.

Quare tam accuratè Euangelista notat tempus quo Pharisei hoc consilium inierunt?

It Euangelista: Tunc abeuntes Pharisei. Illud, tunc, denotat tempus, postquam scilicet Pharisei proximè scriptas parabolis de vinea locata Agricolis, Matth. 21. n. 33. & parabolam de nuptiis filij regis, Matth. 22. n. 1. Tunc cum audissent has parabolam abierunt ad hoc consilium, vt notant D. Paschafius lib. 9. in Matth. & Abulensis quæst. 70.

5.

Paschaf.

Abulens.

6.

Chryst.

Ad quæstionem respondet D. Chrystomus homil. 71. in Matth. dicens: Tunc istud quando significat? quando maximè illos compungi oportuit, quando clementiam ipsius admirari debuerunt, quando futurorum euentus erant expauescendi. Tunc, denotat tempus, quando prædicata fuit parabola de vinea locata, in qua ob seruos Patrisfamilias occisos; Dominus contra Iudæos promulgauit sententiam. Auferetur à vobis regnum Dei. Denotat etiam, tunc, tempus post immediatam superiorem parabolam de nuptiis filij regis, in qua ob seruos occisos inuitantes ad conuiuium protulit Dominus sententiam contra ipsos. Rex cum audisset, iratus est, & missis exercitibus suis perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum succendit. Ob ergo ipsa supplicia comitata debebant Pharisei compungi, gratulantes Dei pietatem, quæ sic eos commonebat dans locum pœnitentiæ, & veniæ. Vide cap. 21. num. 75. 76. & cap. 24. num. 91. & cap. 28. num. 37.

Quando futurorum euentus erant expauescendi. Ob tot pœnas denunciatas, malos male perdet. Et iterum, perdidit homicidas illos. Tanta tamen fuit Phariseorum nequitia, quòd his auditis minimè commouerentur, vt à sua nequitia desisterent, sunt homines adeo ptererui, vt nulla comminata pœna, nullòque imminente supplicio, emendari, ac vitam reformare velint.

Summa Dei pietas dat locum ad pœnitentiam.

7.

Imminenti pœna horrescunt, non emendantur.

Maior effecta est iniquitas filia populi mei peccato Sodomorum, qua subuersa est in momento, Threnorum 4. num. 6. Vndenam effecta est grauè malitia Iudæorum, quàm Sodomorum? præcipue cum Iudæi vixerint sub Dei lege cum tempore, ac sanctis Prophetis. Hierusalem multo habuit communes, & publicos admonitores Iaiam, Ieremiam,

8.

Thren. 4.